

se Athilam suosq; illius precibus omni genere crudelitatis; Pari affe  
 ctis calamitate transpadanis populis; Papia; Placentia; Parma; Muti  
 na; Superato Apennino in Etruriam se confert; Inde Romam ductu  
 rus. Consultis aruspicibus & monentibus: Ut urbem eam caueret;  
 Exemplo: Alarici: qui ea capta continuo extinctus est; In Galliam  
 reflectit iter. Incertus tamen animi & ardens adhuc cupiditate ui  
 denda Romae: suspensis itineribus substitit aliquantis per. Obui  
 am fit interea apud Hostiliam Leo pontifex plenus dierum cum Al  
 tero ex consulibus & magna Senatus parte. Posteaq; Athila incon  
 spectu fuit: Pontifex & qui cum eo erant ex equis desiluere. Propri  
 us deinde facto: Senatus Leo inquit populusq; Romanus: uictor  
 quondam orbis terrarum: Nunc a te o Athila uictus pacem oratum  
 uenit. Ad hanc tuam gloriam: nihil addi poterat nisi ut cum sup  
 plicem haberet: ad quem paulo ante uniuersus orbis supplicatum co  
 currebat. Vicisti igitur orbem terrarum: qui uictorem illius uicisti.  
 Restat nil aliud: nisi ut qui tot gentes sub ditionem misisti: nunc ipse  
 te parcendo uincas. Nam si deo assimilis esse uis: ut ferunt te cupe  
 re: Qui iam omnes mortales es supergressus: Cogita deum non ini  
 nus gloriosum esse parcendo: q; cedendo. Sensere flagellum tuum  
 contumaces: sentiant nunc supplices clæmentiam & bonitatem: po  
 steaq; imperata quæcūq; iussoris sunt facturi. Ad hæc pontificis uer  
 ba Barbarus defixo aspectu: & oculis intentis: contemplatus Vene  
 rabilem pontificis effigiem: Canosq; & madentes lachrymis oculos:  
 Tactus communis fortunæ misericordia est. Itaq; substitit aliquan  
 ti per cunctabundus. Et iam magis magisq; mitescere animo inci  
 piebat. Ut uero Consul & Senatus ad pedes illius sese prostrati  
 prouoluere: Uictus tandem est. Et uultu apertiori iussis ut starent:  
 nullo alio ad consultandum sumpto spatio: Bono estote inquit ani  
 mo tu Pontifex uosq; Romani. Veniam libentes damus. Sunt qui  
 dicant: & in primis cælius ea conditione ueniam impetratam: ut pen  
 dere quotannis tributum hunnis pollicerentur. Duces exercitus seor  
 sum maiorem immodum quum haec uiderent: admirati tam subi  
 tam regis facilitatem: Cur inquiunt tam cito inuicte Rex de senten  
 tia decedis? Ferunt Athilam respondisse: Nonne uidistis duos il  
 los iuuenes: Alterum a dextris: a sinistris alterum strictis gladiis:  
 toruis oculis mihi mortem minantes: nisi quod petebat senex iste  
 promitterem? Nostrum est imperium: Nostra Roma: uectigalis  
 Hunnorum facta. Reuertamur ad uxores & liberos pleni opibus  
 quas promisi: pleni gloria. Siue igitur id fuit: siue quia ingenio fer

*Leo somnus pontifice*